

qui impediret motum progressus nauis, tum ut transferatur ante : aliter si transferretur ante sub aqua difficultius multo , quam per aërem transferretur, & retroageret tantum nauim, quantum antea retroactam impulit. His per se notis dico , quod translato remo ex c in e, necesse est nauim contrà trânsferri ex f in g: nam quia impedimentum ex aqua transitur c in e , maius est quam nauis super aquam, & remus debet transferri ex a in d, & non potest transferri nisi vel stante naui, & translato c in e, vel stante a b c remo, & trânsflata naui: & tunc necesse est, vt e progrederi ad h, ita dessecabit aquam c h, ergo difficultas manet eadem fermè, ex his fit motus compositus , vt palma non redeat usque ad e, sed maneat remus minus inclinatus, & quasi ad perpendicularum in h. Et manifestum est, quod erit motus compositus ex retrocessu remi & processu nauis. Qui etiam remiges circa medium sunt , minus laborarent, si remus æqualiter prominere extra scalmum, sed magis laborant, quia proportio est eadē, & a b est longior, & crassior remus, vt minus flectatur ob longitudinem, aliter si esset æqualis crassitudinis, & multo longior flecteretur aut frangeretur, ideo robustiores remiges ponuntur in medio triremis. Inuitatur præterea motus nauis proslum ex percussione remi , & impetu iam aquisito cum nixu remi in aduersum superueniente. Rursus cum nauis transferatur eodem tempore ante quod a progrederitur ad d, manifestum est quod magna pars est ex motu nauis, non nixu corporis aut virium: & ita quod celerius mouetur ex c in h , ab initio dum nauis quiescit , aut tardius moeatur , tardius autem dum nauis progrederitur.

Propositio ducentesima.

Cur temo cum paruu sit magnam nauim agere possit : & cur cum varietas sit in prora , ipse constituatur in puppi. Et cum transuersim ab aqua prematur , recta nauim dirigat?

Com.

Dixi quod in hipomochlio parua varietas fit in motu: igitur a leui causa magnum navium impellitur aut variatur. Cum enim a transfertur ad b, fit minima varietas in e, igitur a parua poterit transferri, tum vero quod debuit transferri ad e , transfertur ad d, nam motus ipse ab alia causa fit , velut vento aut remis , ita non est difficultas nisi propter motum aquæ scilicet ut tabula scindat illam. Ad hoc autem contulit illud quod intra nauim prominet ut vectis rationem habeat, & ob id facilius verti.

Similiter varietas in puppi exigua est causa magnæ varietatis in prora, quod autem potest fieri paucioribus & facilitiori modo id debet fieri, hac igitur causa in puppi temone constituere oportet seu gubernaculum.

Tom. IV.

Cum autem impellatur à mari, necesse est, vt à latere excipiat aquam ita ut tantum pendeat in unam partem , quantum nauis in aduersam, nam si nauis non penderet, gubernaculum recte dirigeretur : Ut ergo ex duobus obliquis unum rectum constituitur, ita ex naui & gubernaculo , nam sint a b & c b & impellatur ad d , impelleatur per medianam lineam b e & non per a b neque c b, igitur oportet temonem pendere ex aduerso inclinationis nauis. Est etiam alia ratio, quoniam nauis secundum redditur , nam quemadmodum quod in medio est, faciliter impellitur transuersim, quam quod pendet in contrarium , ita & in gubernaculo. Est id ob necessitatē quoniam motus aquæ plerumque est in partem, velut & ventus ad latus eius situs secundum quem moueri debet nauis. Sicut igitur & vela & malus inclinantur, vt motum directum efficiant, quia alio dirigitur nauis quam qui mouet ventus, ita de temone cōparatione aquæ.

Propositio ducentesima prima.

Si due lineæ secantes circuli peripheriam in unum punctum, ex ea coēant, exterius necesse est illas peripheria contēta esse maiores,

LEMMA PRIMVM.

Si fuerit proportio primi ad secundum maior quam tertij ad quartum erit primi ad tertium maior quam secundi ad quartum.

Quamvis hoc demonstretur à Campano, quia tamen facile est hic adiicietur. Sit igitur maior a ad b quam c ad d,

dico maiorem esse a ad c	a	c	Com.
quam b ad d , quia enim	—	—	Per io. quin.
maior est a ad b quam c ad d	b	d	ti Elem.
fiat e ad b vt c ad e eritque	—	—	Per 16. eius-
e minns quam a, igitur ad			dem.
c vt b ad d sed maior a ad c quam e ad e igitur			Per 8. eius-
maior a ad c quam b ad d.			dem.

Per 11. eiusdem.

LEMMA SECUNDVM.

Si fuerint quatuor quantitates , quarum excessus primæ supra secundam , sit minor

a	d	Com.
—	—	Per io. quin.
g b K c	h e f	ti Elem. par-
—	—	tus ambas.

excessu tertiae supra quartam , sitque prima non minor tertia, erit proportio primæ ad secundam minor quam tertiae ad quartam.

Sit excessus a supra b c , g b minor excessu d supra e f qui sit h e , dico quod proportio a ad b c est minor proportione d ad e f . quia enim a est maior d , & b g minor h e , erit maior proportio a ad b g quam d ad h e , igitur fiat a ad g K vt d da h e , erit ergo g K maior g b quare K e minor b c ex cōmuni animi sētentia, est autem a ad K c vt d ad e f , minor autem a ad c b quam ad K c , igitur minor a ad b c quam d ad e f .

Per 8. quin. ti Elem. par-

Per 10. quin. fi E. em.

Per 19. eiusdem.

Per 8. eiusdem.

Per 11. quin. ti Elem.

